UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Moyse abbate alio episcopo saracenorum. Cap[itulum]. ciiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Quē ſaucia rogauit: vt eas theophilo deferat: qḋ ⁊ factū ē. Propter qḋ cū theophilus roſas inuiſas tēpore hyemis aſpiceret: ⁊ miraculuʒ conſideraſſet: cōuerſus eſt: ⁊ poſt decollationē virginis ⁊ ipē tentꝰ in equuleo leuatꝰ ac diutiꝰ tortus: tandē gladio cedēte martyriū conſumauit. Paſſa eſt aūt virgo xp̄i. viij. idus februarij.

¶ De ſancta Dorothea virgine. Cap. cij.

DOrothea altera virgo apud alexandriā tēpore maxētij ⁊ maximi imperatoꝝ paſſa eſt. Que vt octauo libro eccleſiaſtice hiſtorie traditur: nobili progenie orta Chriſto dn̄o ſeruiebat: ⁊ votū virginitatis emiſerat. Sed maximus in partibꝰ egypti exiſtens pudicitie hoſtis ⁊ fidei: xp̄ianos mares ad deoꝝ culturā: virgines ad voluptatē obſcenā: totis niſibus ꝓuocabat. Dum igitur virgo xp̄i ab eodē pro adulterio impetiē: accepta dilatione timenſqꝫ virginitatē amittere: nocturno ſilentio clam aufugit: ⁊ heremū petens orationibus ⁊ ieiunijs multo tempore vacans in pace quieuit. Cuius exempluʒ multe virgines imitate ſunt. hec ibi.

¶ De ſancto moyſe abbate. Cap. ciij.

MOyſes abbas in deſerto de ſcythi penitentiam egit. Qui fratri a ſe petēti ſermonē dixit: vt in ſua cella ſederet: ⁊ ip̄a eū vniuerſa doceret. Cū quidam frater ſenex infirmatus in egyptū vellet ire ne fratres nimis grauaret: prohibebat eū moyſes abbas ne iret: qm̄ in fornicationē incideret. Qui contriſtatus eſt nimiū: tam infirmitatē ſuā quā ſenectutem conſiderans. Et contra abbatis inhibitionem diſceſſit. Cui cum virgo quedaʒ ex deuotione ſeruiret ille conualeſcens eam violauit. Que concepit ⁊ peperit. Senex ꝙ infantē in vlnis ſuſcipiens: in die magno feſtiuitatis que erat in ſcythi eccleſiā cuʒ multitudine fratrū intrauit. Et puerū cuʒ lachrymis oībus ad ſui confuſionē ⁊ alioꝝ exemplū oſtendebat: et ip̄m filiū inobediētie fore dicebat: ac vt nemo de ſenectute preſumeret admonebat: necnō vt pro ſe orarent omnibus ſupplicabat. Cui moyſes abbas penitentiam impoſuit: ⁊ ille ad cellam reuerſus ad priſtinum ſtatū rediijt. ¶ Fratrem quendā qui peccauerat abbati moyſi miſerunt iudicandum. Qui accepto ſacco pleno harena venit ad eos. Et interrogatꝰ ab eis qḋ hoc eſſet: reſpondit ꝙ erant peccata ſua poſt ſe currentia in ſimilitudinem harene ponderoſa: que ipſe non poterat videre: qui tamen venerat aliena iudicare. Ille autem hoc audientes fratri pepercerūt. Hec in vitis patrum. Quieuit autem abbas moyſes in domino: ⁊ agitur eius feſtum ſeptimo idus februarij.

¶ De ſancto Moyſe abbate alio epiſcopo ſaracenorum. Cap. ciiij.

MOyſes alius abbas ethiops natione ep̄s ſaracenoꝝ fuit: vt habeē in hyſtoria tripartita. Hic poſtmodū ab egyptijs captus: ⁊ ſeruus effectus ꝓpter multas culpas a dn̄o ſuo expulſus: latrocinijs ⁊ homicidijs deditus eſt. Tandē exemplo ſanctoꝝ anachoritarū ad penitentiā ꝓuocatus: ⁊ xp̄ianꝰ ac monachus effectus eſt. Fuitqꝫ diſcipulꝰ iſidori abbatis. Cuius ſanctitatis exēplo omnia diaboli figmēta deuicit: ⁊ demonibꝰ admodum terribilis fuit. Deinde ad ſacerdotij ordinem aſcendit: ⁊ ſeptuagintiquinqꝫ annis in heremo ſeruire ſtuduit. Cum aūt p̄mo clericus factus eſſet: ⁊ ep̄us ei ſuperpelliceū impoſuit: dixit ei ep̄s ꝙ factus fuerat nimiū cādidatus. Ille vo queſiuit ab epiſcopo: an a foris: an ab intus: q̄ſi diceret ꝙ dealbatio exterior ſine interiori nihil prodeſt. Volens aūt epiſcopus eius patiētiam comprobare: dixit clericis ſuis: vt quādo ad altare accederet: eum cū iniuria expelleret. Deinde ipſum inſequētes quid loqueretē audirent. Proijcientes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops. naʒ ethiops niger erat: q̇ egreſſus inter ſe dicebat: ꝙ illi optime fecerāt ipſuʒ expellendo: eo ꝙ cū homo nō eſſet inter homines ſtare preſumpſiſſet. Hic auteʒ ſex annis in cella incluſus ſtetit: quibus nulla neceſſitate exiuit: panem ſolū comedens ⁊ aquam ad menſurā bibens: totaqꝫ nocte ſtans apertis oculis orabat: vt tētationes quibus i ſomnis fatigabaē deuinceret. Tranſactis ſex annis oībuſqꝫ tētationibꝰ ſupatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas monachoꝝ circuibat: ⁊ aquam aliquādo a decem: aliquando a duodecim: aliqn̄ a viginti deferēs ſtadijs: omniū fratrū lagenas iplebat: factoqꝫ mane neſcireē q̇s eēt ad cellā redibat. Quē nocte quā demō vt eū ab hoc ope euerteret: q̄ſi ad mortē in dorſo percuſſit: q̇ mane iacēs repertus: ⁊ q̇s eēt agnitꝰ ad eiꝰ tugurium ꝑ fratres reductꝰ fuit. Quieuit in pace in deſerto ſcythi viij. idus februarij. lxx. diſcipulis derelictis.

¶ De ſancto Auguſio ep̄o. Cap. cv.

AUguſiꝰ epiſcopus in britānia martyrium paſſus eſt. Hic eni pōtifex auguſte ciuitatis britānie etate ac virtutibꝰ ꝓuectus curſum tp̄is per martyriū cōplens eterna meruit ſuſcipe p̄mia. viij. idus febr. vt ait ado.

¶ De ſcta Coiuta ꝟgine ⁊ martyre. Cap. cvi.

COiuta virgo et martyr apud alexādriā ſub Decio ceſare paſſa ē agēte diuio ꝑſide. Qui vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN